



Lazarus mendicus, Georgii Macropedii.

<https://hdl.handle.net/1874/342142>

LAZA:
RVS MEN,
DICVS,
GEORGII
MACROPEDII.

APVD SYLVAM DVCIS
Ioannes Schaeffer excudebat
Anno 1542.
Mense Iunio.

GXA

GEORGIVS MACROPEDIVS
Brunoni suo S. D.

Non possum mi Bruno post Italicas mecum
communicatas fabulas, post Rhomanæ vi bis
ostensas antiquitates, post nonnullas, quæ
mihi negocium faciebant, explicatas per artis tuæ
industriam difficultates, aliaq[ue] plura tui erga me fa-
uoris indicia, non possum (inquit) quin tibi rursus in
aliquo studeam gratificari. Cum solo autem munere
literario (quod aliud non habeam) de me bene meritos
donare soleam, ipsumq[ue] tibi (quod pictura propemo-
dum semper rei literariae coniuncta fuerit) non in-
gratum fore confidam. Hanc nostram Lazarum
(qualis qualis est) tandem integrâ tibi dedico. Nam
cum animaduertissem, quod ipsa, licet imperfecta,
(dum ante annum unum aut alterum populo spe-
ctanda exhiberetur) nonnullis placuisse, nolui cam
remanere acephalam, sed arrepto calamo quatuor
posterioribus ex tempore scriptis actibus primis
ex tempore adieci, & acephalo (quod aiunt) my-
tho caput indidi. Accipe igitur mi Bruno ut
ab amico prosectorum, licet exiguum, hoc
munuscum, & inter graueis rerum
urbicarum curas nostris subinde
pijs facetijs animum tuum
oblecta. Vale vir pru-
dentissime, nosq[ue] vt
soles, ama.
C. 5. 8.

¶ Argumentum in Lazarum.

Læmargus opibus affluens, dum purpura
Byssioq[ue] tectus splendide cum fratribus
Et delicate vicit, nec inopibus
Nec hulceroso Lazaro (quamq[ue] fame
Tabesceret) vel miculam largitur. At
Contra propelli ab ædibus cæsum iubet.
Quare inter epulas gastrimargus mortuus
Ad inferos à diabolo detractus est.
At inopia defectus ac fame Lazarus,
Ad Abraham finum ab angelis subuenitus est;
Vbi, dum vorax perpetuo in igne affligitur,
Fruitur perenni squallidus solatio.

¶ Personæ Dramatis.

Prologus	Merimus cum	Moloberus cum
Læmargus.	(4. fratribus.	(pucro.
Tryphera.	Ancilla.	Angeli tres.
Oeconomus.	Diaboli duo.	Chorus ex puies
Dætrus.	Lazarus.	(ris & puellis)
Dæmones.	Abraham.	
Thraso.	Typhlus.	
Cynopa.	Bronchus.	

A. M.

¶ PROLOGVS.

CVm animos videret ad theatron plurimum
Nuperrimè spectantium, ad sacras magis
Quam res prophanas affici Macropedius,
Aliam rogatus Æthnicam, desumpsit ex
Sacrī libris, & comicos ex tempore
Descripsit hanc vobis agendam fabulam, vt
Vobis foret cordi, atq; nobis vñsi.
Ex tempore inquam, angustia nam temporis
Ab epithasi atq; errorc cœpit scribere,
Et mutuatus ex Hecasto protafin est,
Quam anno priore (si memineritis) ædidi.
Oratq; vos, quo huius rei modo veniam
Mereatur, hanc enim dabit tandem integrām,
Modò medianam partem eius ac nouissimam
(Velut hactenus) placuisse vobis senserit.
Fortassis obiectabit illi quispiam,
Quod audeat sacrissimam rem, & serio
Nostræ saluti à Christo Iesu proditam
Tractare comicè, & facere rem ludicram.
Fatetur ingenuè, quod eadem ratio se
Sæpenumero deterruit, ne quid suum
Vel ab alijs quantumlibet scriptum pie,
Doct'eve, quod personam haberet Christi Iesu
Agentis, histrionibus seu ludijs

Populo exhibendum ex pulpito committeret.
 Quapropter hunc nec matre natum virgine
 Infantem, nec accisum, nec alio sacro
 Tinctum, nec opera mira patrancem, nec im
 Coena ultima sese cibantem apostolos,
 Sic neq; ligatum, verberatum, proditum,
 Sputo illitum, cæsum flagris, spina obsitum, in
 Cruce mortuum, & denuo reuersum ab inferis,
 Viuum resurgentem, ausit in proscenium
 Producere, indignum arbitratus & impium,
 Christum gnatum dei vnicum, & nostrum omnium
 Salutis authorem vnicum, sub imagine
 Leuis hominis procedere ad spectaculum.
 Illos tamen non arguit, qui ea scriptitant,
 Si quo legantur, non agantur, scriptitant.
 Solent enim plerique plus afficere ea,
 Quæ verba personis dedere dramaticos.
 Nihilominus, si excerpta sit sacris libris
 Parabola vel historia honesta, vbi nec Deus,
 Nec Christus actor sit, sibi & alijs putat
 Licere eam exhibere vobis comicos.
 Cuiusmodi nunc exhibenda est Lazari,
 Non ille, quem iam quatriduanum à mortuis
 Resuscitatum credimus, quod is sine
 Filii Dei persona agi non possiet,

Sed illum agemus Laz̄ram parabolicum.
Quin iacuit hulcerosus ante diuitis
Epulonis ostia, & poposcit miculis,
Quæ decidebant orbibus, saturarier.
At nemo ei quis famenti tradidit.
Hæc de periocha iussit author fabulae
Me proloqui, rogatq; vos, vt si cui
Iudicio in hoc rerum sacrarum visus est
Errare, vt is se moneat (audito dicere)
Quod obstinata mente dum cognoueris
Errata quis minima non defenderit.
Valete cuncti, & si fauetis ludijs,
Quieti adeste vos rogamus maxime.

¶ ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

Iambici trimetri.

Læmargus. Thraso. Cynopa.

Vxor mea est paulò ac velim tenacior,
Domini meæ volui meis cum fratribus
Ientari, ientaculūmç in prandium,
Et prandium in cœnam, atq; cœnam vesperem in
Noctem profundam ducere. Ast illa haud scio
Quos quærat in scirpo (vt ferunt) nodos, metuam
Exculsat aut post pocula ægritudinem,

Aut crastinum fastidium, suum deinde
Incommodum, & fratum omnium dispendium.
Quasi in epulis noctes diesq; ducere
Et usq; per græcarier non sueuerim,
Quasi illa non habeat suis pro incommodis
Seruos & ancillas domi q; plurimos.
Quasi fratribus, mecum quod abligariant
Ingurgitent ve, non abunde suppetat.
Verum hæc suæ tenacitati callida
Prætexit, atq; vafra comminiscitur.
At (vt inquit) tenax requirit prodigum.
Non sua sibi commenta friuola proderunt.
Heus heus adeste, qui otio, qui fabulis
Totum absq; herili commodo teritis diem.
Malo siquidem duplum foris cum amiculis
Prodigere, vel per aleam disperdere,
Q; simplum in ædibus meis cum iurgo.
Adeste, num vocauero vos septics?
Thra. Here adsumus. Læ. Quia aduola astis ocyus
Tu Thraso abi ad fratres meos, & singulis
Mandato nostro nomine, vt domi mæ
Alacres sub horam prandij compareant,
Nullam quoq; excusationem admittito. Thr. Haud
Admittam. Læ. Abi. Cynopa ades, curre illico,
Nostrorum veteri dic amico Daemoni, vt

Mox me ad futurum expectet ad ientaculum,
Parētq; distillata yina tertio
(Primū omnium) cum saccharo canario,
Vel defrutum, vel hypocraticum, post crapulam
Nocturnam vt hæc stomacho sient medicamini,
Cy. Sic dicam, Læ. Abi, atq; reuertere, locutus mea
Cum coniuge ipsum sine mora ipsius obruam.
Cy. Id dicam, & hic ero prius q; creduas.
Læ. Videbo quid facturus es. Prodi ædibus
Tryphera mea huc, sunt quæ tibi mandanda sunt,
Blande loquar, ne delicatus auribus
Quid obsecem. Natura nanc; mulierum
Huiusmodi est, vt nisi suauioribus
Verbis loquare & blandulis, nil obtines.

¶ ACTVS .I. SCENA .II,

Trimetri. Tryphera. Læmargus.

MEn' hoc vocaueras foras Læmarge mi?
Læ. Vocaueram. Try. Ob quam gratiam?
Læ. Quo epulemur, &
Lætemur hodie mea voluptas splendide.
Ego iussi adesse Dæmonem cum fratribus,
Tu fac coquantur, quæ apparanda, laetus,
Pueris, pueris, liberisq; præcipe,
Vt omnia ex sententia tua apparent.
Try. Mi vir, nihil tandem relinques liberis?

Erarium nostrum quo usq; exhauresc;
 Junq; ne quipiam repones parciorc;
 idmitte tandem obsecro parsimoniam;
 .æ. Quid yxor his curis misera distringis?
 Nobis egendum, vt liberi sint diuites?
 Num ærarium nostrum indies exhauios?
 Non pro decuplo centuplum reponimus?
 Considera an queamus Eutychian domo
 (Licet velimus) ferculis expellere.
 Non copulamus agrum agro, & ædes ædibus?
 Non nostro in ære plurimi cum fœnore?
 Nonne redditus perpetui, & irredimibiles?
 An est, quod in re familiari postules?
 En plena diuicijs domus. Triclinia
 Superba pictis lectulis, & cubicula
 Eburneis cubilibus, tua scrinia
 Referta bysso, purpura, holoserico,
 Nostrum ytriusq; cultui, laquearia
 Et cuncta fulgent atria peristomatis,
 Tapetibus, & emblematis: purissimo
 Vino atq; oliuo exuberant penuria.
 Cumulata ferre & tritico granaria,
 Bonisq; onusta reliqua promptuaria.
 Armenta plurima, gregesq; plurimi
 In pascuis yberibus, agri tritici,

Siliginis, vini atq; oliui fertiles,
Tanta quoq; frugum hoc anno erit abundantia,
Vt nec apothecas autumem, nec horrea
Sufficere posse colligendis fructibus.
Quot inferet talenta nostro ærario
Hæc tanta annonæ copia? Et quibus omnia haec
Seruabimus? Num sacrificis locupletibus?
Num sordido gregi atq; inerti pauperum?
Try. Detestor hos. Læ. An liberis, quos nescias
Vtrum ne sint probi futuri an improbi,
Parcive nobis mortuis an prodigi?
Esto, futuri sint probi, fraudabimus
Vterq; nostrum genium? Itaq; Venus mea
Edamus & bibamus hoc die, & omnibus,
Quos fata vtricq; suerint, donec gulam
Titillat, esca escamq; gula dijudicat,
Cras natu (vt in proverbio) moriemur, &
Mox esse in æcum desinemus mortui.
Try. Me obtundis his sermonibus, nec est, quod ijs.
Respondeam. Ergo fruamur his præsentibus
Donec libebit, & licebit iuuenibus.
Non transeat flos temporis. Læ. Iam mihi sapis.
Para igitur omnia, quæ gulam irritent, iube
Vernis tuis rerum satagere. Try. Iussero.
Læ. Quid non huic persuadeam mulier culæ.

Modo studeam blandirier. Try. Cum Dætroades
 Oeconomie, sunt tibi quæ foris præcepero.
 Læ. Iube instrui mensas, & argentum elui,
 Sitq; apparatus ferculorum splendidus.
 Try. Hac te leuem Læmarge sollicitudine,
 Noui ego probè quid deceat in conuiuijs.
 Tu modo tibi atq; tuis famem & gulam addito.
 Læ. Licet, obsequēdum mulieri. Ingrediar domū, &
 Mutato amictu mox adibo Dæmonem.

¶ ACTVS. I. SCENA .III. Trimetri.

Oeconomus. Dætrus. Tryphera. Cynopa.

Quid nos vocasti i domina? An est qd exequi
 Mædes? Try. Emite duob^o aut trib^o aureis
 Obsonia, viris quæ decem suffecerint.
 Ne parcite vni aut alteri sestertio,
 Ut quæq; sint lectissima. Oeco. Hera curabitur.
 Try. Curato tu, ne quicq; honori detrahas.
 Curato Dætre sic coquas, ne quid gulæ
 Heri paret fastidium. Dæt. Curabitur.
 Try. Curate, longa ne moram cura pariat.
 Satagite. Dæ. Et id curabit. Tr. Cape sportulā. Dæ.
 Oec. Præter suum fiet hera morē dapsilis? (Hem.
 Noctua volat. Quis comes erit vel assecia,
 Cum abiuerim, Læmargo eunti ad Dæmonen?
 Sed commodum, Cynopa adest. Cynopa, henus

Te intus moratur segrius. Cy. Cynopa adest.
Oe. Ingredere. Tu Dætre ad forū sequere. Dz. assicqr
q ACTVS .I. SCENA .III.

TRIMETRI.

Læmargus. Cynopa. Bronchus. Typhlus.

Q Vid nr̄ inquit Dæmones? Cy. Te sibi fore
Gratissimum, petite ut ad se mox nihil
Cunctatus aduoles, simul cum coniuge
Et liberis, quod ampliter cupedias
Ientaculo parauerit. Læ. Cum coniuge
Et liberis? Cy. Sic inquit Læ. Etiam sanus est?
Habet quod agat vxor, nuces quoq; liberi
Nondum reliquerunt suas, & eos meo
Sinam adesse contubernio? Cy. Saltem cupit
Te adesse q̄primum sibi. Læ. Tu isthac prius
Me veste purpurea indue. Cy. Hem cedo dexteram,
Tibi dexterā, fac byssus hæc ex purpura. (Læ. Hem
Decenter eniteat, caue sis, ne quod ad
Decus vel ornatum attinebit, negligas.
Cy. Enitar here pro viribus ne negligam.
Bron. Se diues hic festiva amictus purpura
Ientaculo Typhle sumptuoso præparat,
Spectabo cuius ædibus se ingesserit,
Si forte sit spes aliqua nostris ventribus.
Ty. Quis diues hic? Br. Læmargus hic, gulosus hic,

Nam præter hoc, nescio equidem, an fiet viro
Vocabulum. In tanta omnium rerum inopia,
Nostræ ineditæ si qua Typhle nunc solatia
Speranda sunt, à ditibus speranda sunt.
Ty. Verum quidem, quod Bronche ait, & pauperes
Nihil queant impendere. At qui diuites
Nihil sinit tenacitas impendere.

Br. Tentanda res. Læ. Composita sat iam vestis est,
Dactylothesam porrige. Cy. Hem tibi annulos.

Læ. Hos pulueres festiculæ & scopula

Caligis meis detergito, & sandalijs,

Cy. Faxo libens. Ty. Tam curiosus vestium
Cultus inopi mendiculo nil destinat.

Nihilominus (vti Bronche ait) tentanda res.

Videto quo diuerterit. Bron. Curauero.

Læ. Sat, eamus hinc, foris moratur Dæmones.

Cy. Morare adhuc. Læ. Quid adhuc moræ?

Cy. Festucæ adhuc à tergo adhærent. Læ. Expedi.

Cy. Sta paalulum.

¶ ACTVS .I. SCENA V.

Trimetri. Dæmones. Lazarus.

Q Vid nūc moratur? eccū eum, vincet suam
Vxorculam, se poliet vseq̄ meridiem. Hui
Quis reptat huc mali omnis homo sordidus?
Laza. Vidisse nunq̄ te canis David pater

Iustum virum à Deo selectum, aut illius
Sobolem indigentem panibus, verum ego fame
Defecero, nisi quispiam refecerit,
Mi vir beate, quem Deus præ cæteris
Mortalium bonis beavit, obsecro
Vel miculam panis iube mihi porrigi.
Quod tertius dudum dies illuxerit,
Ex quo nec edi nec bibi nisi laticem
Subturbidum. Dæt. Soletur ipse te Deus,
Et adiuuet, nos hic tibi nil coximus.
Laza. Vel miculam, siccāmve panis crustulam.
Dæt. Prorepe ad ædes proximas, non mihi vacat
Tuis studere commodis. Laza. Te obsecro, mei
Misereat. Dæt. Ab his ne procul recedes ædibus
Homo fætidissime! Abi in malam crucem, locu:
Concede dignioribus Laza. Frater abeo,
Nec quæso mihi succenseas. Domine Deus,
Explodor usq; ab omnibus, non aliter ac
Scobs aut peripsema abiçior inutilis.
Hic purpuratus & annulatus comiter
Tractandus est. Exerior hoc verissimum,
Quod dum superbit impius, miser vritur,
Sed hoc mihi vnicum in omnibus solatum,
Quod pauperum suūm Deus miserebitur,
Nec vota corum prorsus interitura sunt.

ACTVS I. SCENA VI.

TRIMETRI.

Bronchus. Typhilus. Læmargus. Dæmones.

IAm tandem abacto Lazaro, Læmargus hic
Accedit ad ædes Dæmonis. Sequamur hunc,
Paulò quòd ille sit hoc viro benignior.

Ty. Si Lazarus repulsus est, quidnam spei

Nobis residuum? Bron. Id experiri satius est,

Dæ. Læmarge salue, quid moratus hactenus?

Jamdudum enim te expecto. Læ. Salue Dæmones,

Res mihi fuit cū vxorcula. Dæ. Quid ita! Læ. Q, ad

Rem aliquāto avidier est. Dæ. Id ingenium omnibus

Est insitum mulierculis. Eamus intro,

Et poculis hæc eleuemus tædia.

Læ. Scite mones: sequar, præi mi Dæmones.

Bron. Nunc introgessis ditibus nes gnauiter

Hoc occupemus ostium, ne putridus,

Et cui solet plus gratiæ impertirier,

Nos ante uertat Lazarus. Ty. Ne cor tuum

Mi Bronche subeat ista cogitatio,

Nobisq; quod fieri velimus, fratribus

Animo finamus candido donarier.

Si præuenit nos Lazarus, locus prior

Debetur illi, nec dolo quoquis male

Nobis præoccupandus est. Scio Lazarus

Mentem (tametsi in summa inopia & india)
Tani candidam, ut ne miculam panis quidem
Præripere cuius gestiat. Bron. Sed longius
Abactus est sua purulenta ob hulcera, &
Lento gradu repedat eis ægritudinem,
Erimus priores eius absq; iniuria.

Ty. Mi Bronche nil incommodemus Lazaro,
Quod verus ipse filius sit Abrahæ.
Et vtinam habere fatâ post nouissimâ
Partem quietis metear hoc cum Lazaro.
Bron. Foribus priores adsumus, ita pone me.
Tibi proximus stet Lazarus. Ty. Stet Lazarus.

¶ ACTVS .I. SCENA VII.

Trimetri, ut superiores.

Lazarus. Typhlus. Bronchus.

S Aluete fratres, quid spei pro his ædibus!
S Vobis refulsit, vnde iam propulsus sum:
Ty. Nos nouimus rem, & indoluimus Lazare,
Hic admodum nobis parum affulget spei,
Nisi forte post ientaculum aliquas reliquias,
Quæ familiæ haud sint vñvi, nobis dari
Contigerit. La. O spem languidam. Malint sui
Dare canibus, q; pauperi ipsas porrigant
Rerum omnium ditissimæ. Ty. Tentabimus,
Quod si repulerit denus, tolerabimus.

Nec enim sumus te digniores Lázare.

Sed hoc die nihil alimenti naētus es?

La. Quid hoc die? Iam tertius agitur dies,

Quod panem in os meum miser non intuli.

Dolor hulcerum, tormenta dira viscera,

Et alumna mortis morte acerbior, fames

Me indefinenter macerant, me concoquunt,

Et o utinam me morte celeri finiant,

Quieta tandem quo cupita perfruar.

Ty. Tui me amice Lazare miseret profecto,

Et pro virili te iuuare gestio,

Nec (ita Deus Abraham patris nostri me amet)

Vng bolum accipiam bonum, quem non libens

Et vltro tecum diuidam. Sed obsecro

Te, ne mala hæc, quæ pateris, aut paſlurus es,

Mentem tuam labefaciant, sed omnia

Vincas pari patientia. Meminerimus

Job hulcerosi, itemq; cœci Thobize,

Qui per fidem, innocentiam, & tolerantiam

Merueri dici & esse amici & filij

Dei optimi & ter maximi. La. Bene me mones

Mi Typhle, quod nil debeat mihi haberier

Virtute prius, aut carius patientia,

Quam & hactenus cunctis mihi ingruentibus

Malis perinde atq; clypticum opposui, neq;

B .I.

Stultum quid in his contra Deum
(Si recta conscientia est) locutus sum.
Ty. Sit laus Deo nostro, & patris nostri Abraham.
La. Amen, Deus laudandus est in omnibus,
Nec quippiam nostris paratur viribus.
Laudandus est flagella, siue immiserit,
Siue ipse tandem misericors tetraherit.
Laudandus est de ipsa quoq; patientia,
Quam mentibus nostris benignus inserit.
Nam nostram eandem ob hoc potissimum astringit.
Quod vltro nobis a Deo donata sit,
Eoq; solo gloriatur nomine,
Quod nos sibi vltro in filios, quos corrigat,
Delegit. Quapropter hoc mihi unicum est
Solatum, quod in his mihi doloribus,
Non parserit, sed quasi scopon iaculantiur,
Me posuerit. Scio namq; quisnam dixerit,
Fili caue, ne disciplinam negligas
Domini, neq; ab eo (dum arguit) defeceris.
Quem nanc; dominus diligit, castigat: &
Flagellat omnem filium, quem suscipit.
Ty. O Lazare, haec pij hominis est meditatio,
Atq; o vtinam ego mente tam facili queam
Hanc coecitatem perpeti. La. Sis bono animo,
In proximum est, quod a Deo illustraberis.

At fata nostra in foribus esse conspicor.

Ty. Quid mihi futurum nescio, nouit Deus.

At te patris nostris Abrahæ sinus manet.

Bron. Quousq; tandem de patre nostro Abraham

Sine fruge disputabitis? Vestros logos,

Vestrar manus, omnemq; vestram industriad

Venatui componite, vt vescamini.

Ty. O Bronche Bronche, pluris escam corporis

Putridi facis, q; permanentis spiritus.

Non absq; fruge loquimur, vt tu existimas.

Bron. Non absq; fruge, vbi ostium iam crepuerit.

Et exiet mox quispiam? Læmargus est,

Nugamini (si Dijs placet) de spiritu.

An solus vñq; Typhle agam causam tuam?

¶ ACTVS .I. SCENA VIII.

TRIMETRI.

Læmargus. Cynopa. Mendici. Dæmones.

CYnopa ades: quid hoc ostium grex impudens.

Hic obsidet? Men. Læmarge, nobis obsecro
Paxilulum aridi iube panis dari

Famentibus. Læ. Secedite. Ty. Oro. La. Te obsecro.

Læ. Secedite. Heus scelestæ ades. Dæ. Quid improba
Seruum euocat? Læ. Me commodum securus es.

Mi Dæmones. Dæ. Cur obsecro? miror etenim

Quidnam celst tuus yolebat exitus.

Læ. Illiberale, & infidele, & reprobum est
Hominum hoc genus seruilem, cui serij
Negotij tuto nihil committitur.
Certum est Cynopen hunc domum allegare, ne
Si quippiam cum amiculis, siue lepidis
Meretriculis prodegero, ipse coniugi
Rem deferat. **Dæ.** Facies quidem prudenter, hos
Nam proditores experimur crebriter.
Læ. Heus furcifer, scelerum caput: quin aduolas?
Cy. Adsum here, quid est? **Læ.** Infusa vina poculis?
Cy. Infusa sunt. **Læ.** Redi domum, atq[ue] satage, ne
Quid imparatu[m] inuenero: redi. **Cy.** Hem. **Læ.** Mane,
Læ. Dic coniugi nos ad futuros meridie. (**Cy.** Hem)
Trasoq[ue] dic, vino bibendo cantharum
Amplissimum paret, atq[ue] cyathos aureos.
Toti deinde familiæ dicturus es,
Chorum instruant, modos ceaptent muscos,
Chorocytharistas & choraules ordinent,
Qui carmine excipiant reuertentem, insuper
Inter epulas modulis suis nos recreent,
Quod hunc diem genjo dicare statuimus.
Cy. Facesto: nunquid aliud est, quod exequar?
Læ. Nihil. **Cy.** Valete. **Læ.** Nostra agamus ludicra
Et aleis & orbibus lusorijs
In atrio. **Dæ.** Sic placet, & inter pocula.

Læ. Ah Dæmones te (obsecro) nostri misereat.

Læ. Tun' hunc nutris putridū gregē pro his ædibus;
Et assuefacis ad atrium isthuc Dæmones?

Quin agis eos in maximam malam crucem?

Dæ. Merito increpas, q̄ hi ostium frēum obsident;
Ut vix quicam ipse vel ingredi vel egredi.

Sed amodo non patiar. Amolimini hinc,

Nisi fustibus scapulas velitis tundier.

Dudum ne te cadauerose hinc aspuli?

Quid huc redis? Huc Daic, Geta, Palestrio.

Ty. Cedamus hinc, cedamus horum insaniae.

Broni. Cedamus, à ientaculo nonnulla spes

Dē partiendis reliquijs proponitur.

Prius opplearunt gulam suānū usq; ad nauicam.

Cy. Monstri profectō aliquid alint in ædibus;

Quod ne ego sciam, propellor illinc callide, &

Ne suspicentur, longe abacti pauperes.

Æs prodigere, ductate scorta, aut fædius

Aliud parant. Scio q̄ tum herūs, tum Dæmones?

Sit pronus in libidinem. Ab eo uti peragam

Quod iussit, & curem cūtem ientaculo.

Læ. Nil asperum fratres mei ob contumeliam

Ex ore nostro profluat, verū magis

Hymnum Deo canamus, atq; supplices

Fatrem precemur optimum. Ty. Ita mi Lazarè,

Psalmum capamus quemlibet. Tu præcine.

¶ Chorus, versu Glyconico tetrastrophi,
ex psalmo .86. Lazarus.

A Vrem quæso tuam mihi
Inclina dominans Deus,
Exaudię preces meas,
Cùm sim pauper, inops quoq.

Repetitio Typhli & Bronchi ad
singules quaternarios.

Preces votaqi pauperum
Exaudi dominans Deus.

Lazarus.

Custodito animam meam,
Quòd sim sanctus, & ex tua,
Saluum fac famulum tuum
Pendentem aure Deus meus. Preces votaqi

Me Deus miserare, quòd
Totam te inuoco per diem,
Et me lœtifica, quòd ad
Te leuaui animam meam. Preces votaqi,

Cùm tu sis domine admodum
Suavis, mitis, & omnibus,
Qui te crebriter inuocant,

12

Plurimæ patientiæ. Preces votaq;

Qui rerum dominator es;

Auri admitte preces meas,

Et dum se miset obsecro,

Voci intende meæ obsecro. Preces votaq;

Cum instaret tribulatio,

Et multis premeret malis,

Ad te vociferabar, &

Audisti gemitus meos. Preces votaq;

Haud quaq; est similis tui

Inter milia numinum.

Non est qui valcat Deus

Factis facta tua assequi. Preces votaq;

Gentes cunctæ aderunt tibi, ad-

Orantes tua numina,

Et turrit domine inclytum

Nomen glorificauerint. Preces votaq;

Nam tu magnus es, & facis

Miranda in solo & polo.

Tu solus Deus es, neq;

Præter te Deus nullus est. Preces votaq;

Deduc me domine in via

Tua, ut absq; dolo queam

Ingridi, affice cor meum,

Vt nomen timeat tuum. Preces votaq;

Toto corde meo Deus
Meus te celebravero,
Atq; glorificauero
Nomen perpetuò tuum. Preces votaq;
In me facta tua est enim
Hæc clementia maxima,
Nam traxisti animam meam
Clemens tartaro ab infimo. Preces votaq;
Insurgunt Deus impij in
Me, cœtusq; potentium
Quæsiuere animam meam,
Nec tui rationem habent. Preces votaq;
Verum cùm dominans Deus
Sis clemens, miserans quoq;
Tardus ad nemesis, citus
Ad dandam veniam reo. Preces votaq;
Me clemens miserum aspice, &
Da sceptrum pueru tuo,
Saluum fac quoq; filium,
Quem peperit tibi vernula. Preces votaq;
Fac mecum Deus in bonum
Signum, ut erubeant mei
Osores, videantq; quod
Me soleris. & adiuves. Preces votaq;

ACTVS .II. SCENA .I.
TETRAMETRI.

Cynopa. Thrasus. Dætrus.

REs admodū morosa, mulier in ædibus, cui nihil
Fieri potest, quin improbet, perpetuò amara, &
aspera,

Quæ vix sinit pane atro, & atro caseo ientariet.

Hero meo malim domi inseruire centies, q̄ huic semel.

Thra. Si imp̄deremus plus decuplo q̄ voramus, mitius

Vterq; nos tractaret, imò æquaret ipsis liberis.

Fortasse fert subinde hera ægre, quod agimus manu
aut pede, at

Quod dentibus sic agimus & qd fauicibus, id ægerrime.

Cy. Mirum quod in minutulis tam sint auati ac sordidi,

Qui in sumptuoso epulo parando cibiis multo sient

Profusiores cæteris. Thra. Natura propria dititum est

Seruare minima sordide, maxima nimis profundere.

Sed quicquid egerint heri (nisi durius plecti velint)

Et sustinere & abstinere (vt inquiunt) seruos decet.

Nos itaq; herus quod iussertat tibi, satagamus exequi.

Mensam instruamus, lectulos sternamus, atq; pocula

Purē cluamus, frondibus dein atrium exortemus, &

Chorum ex ephebis & puellis ordinemus consonum,

Ne sit, quod oculos introgressi offendat, aut bilent
excitet.

Cy. Recitē mones. Tam tandem adest coquus granis
cupedijs.

Jurgabitur scio, & arguit nos otij. Dat. Quid hic foris
Nugamini? Nihil est in ædibus quod exigatis? Th. Est,
Sed te morati, te sequemur prærium. Sequamur hunc.

Cy. Vides canistrum quot sequantur vltro parasitop
greges?

Thra. Quos tu mihi parasiticos narras greges? An
sordidos

Illos canes, cœcos, scabros, claudosq; qui sagacius
Obsonium assequi solent, q; damulas molossici?

Cy. Illos volebam sordidos. Eamus intrò, & hunc greg
Foribus seratis arceamus ædibus. Thra. Præi, sequar.

¶ ACTVS .II. SCENA .II.

Trimetri. Bronchus. Typhlus.

A Vibus malis canistron id sumus secuti, vt atq;
Agibus malis huc venimus, velut ex foribus colligo.

Ty. Ut omnis semper infelicia. Ecqd Bronche in his
Foribus mali aut inauspicatum cernitur? Br. Q; ædibus
His erim exclusimi. **Ty.** Qui Brōche, qui? Br. Scrui im
His clathra portis obdidere ferrea, vt lōgitissime (probi)
Nos arceant ab atrio, adeoq; à canistri edulio.

Ty. Fortasse in his nō habitat ædibus Datiūus (vt solet
Dici) sed Ablatiūus epulo quispiam. Br. Certissimum,

Nata quanq; is est argenti & auri copia ditissima.
Byssus suavi, splendidac; purpura vestitur, &
Quotidie opipare & delicate epulatur, attamē nihil
Impartit indigētibus, quod ipse ab annis data opera
Typhle deprehēdi plurib;. Thr. Fortasse captas am
Mendiculo q; cōuenit. Pol dūties seftertios Cplius
Nō largiunt integras, sicut negchlamydias integras
Artocreas nec integras. Pane arido ac temui stype
Nostra oīm mendacitas cōtentā sit. Br. Cōtentā sit.
Sed nec parum nec grande cuius porrigit, quis sit
Aut nudior Leberide, aut pauperior Iro seu Codro.
Ty. Saltem lubens nobis dabit frustra sibi decidēta.
B. Licet man^o pedēsq; cū Polypo pr̄ media deuores
Ne miculam panis quidem pietate motus portigeret,
Vt eum sute pingues offellæ, eleſtileſq; strangulent.
Ventrēmve crassum lauta fercula dissecant. Ty.

Meliora nos

Decet ominari ditibus, parsem quib; debensus hinc
Nostræ salutis maximā, quotq; sumus cœci, scabri,
Claudive, & id genus homines miserrimi. Quid
igitur huc
Divertimus, si ab hoc nihil nobis futurū commodi;
Si eleemosyna sperāda nulla Dæmonis sub ædibus.
Præstaret aliam (vt inquiunt) querum excutere,
quām in loco

Captare ventos retibus, poscerēve aquas ē pumicē
Br. Audi, vir hic pietate motus nil duit, veruntarē
Superare qd canibus solet, nobis subinde obtruditur
Paulū moremūt ad ostiū hoc iā p̄ximī, ne forte quis
Nos antenertas, & occupet locum aptiore quæstui,
Nā video quosdā incognitos huc aduolātēs eminus,
Et hulcerosum Lazarū. Ty. Nil obfuturas Lazarus.

¶ ACTVS .II. SCENA .III. Trimetri.

Moloborus cum puerō. Lazarus.

Quō reptat hic hōme sordidus? Pu. Nescio
equidem.
Nisi ad huius ædeis diuitis, nam ad ostium
Hoc proximum plures manere conspicor.
Mo. Rectē, hic erit fortassis visceratio,
Panūmve distributio. Pu. Ipsūm suspicor,
Itēq; nōstrūm commode huc defleximus,
Mo. Quō tu hulcerose reptitas? La. Ædeis ad has
Viri propinquū diuitis. Mo. Quid diues hic
Impartietur indigentib; stypes
Carnesve, an ex pietate paties candidos?
La. Nescio mi amice quid modo hic sperabimus,
Non ampliter solet hic sua impartirier.
Vtinam mihi liceat viri mensæ opiparæ
Impunè legere decidentes mīculas,
Et pellere extremam famis molestiam.

In maxima hac rerum omnium penuria,
 Mecum profectò bene affectatum plauderem.
 Mo. Linquamus hūc, quo auctorat hinc nōs gradus,
 Amplius & ipse accipiat, hæc commentus est.
 La. Non comminiscor quicq̄ in hoc negotio.
 Properate, & experimini, vobis vslim
 Plus obuenire, q̄ mihi sperauerim.
 Mo. Hic hypocrita est, prorepat in malam crucem.
 Pu. Vah purulente, tu dolo nos falleres?
 La. Domine Deus, quonq̄ tandem in hac miser
 Conuale lachrymarum, in hoc ergastulo
 Carnis putridæ, hominum manebo opprobrium?
 Plæbis manebo abiectioꝝ quando veniam, &
 Parebo coram te, hoc solutus corpore?
 Fiat tamen non mea voluntas, sed tua.
 Procumbam in hac umbra, & morabor gratiam.

¶ ACTVS .II. SCENA .III.

Moloborus. Bronchus. Typhlus.

SAluete fratres atq; amici. Bron. Tu quoq;
 Salve peregrine, Vnde te venisse in hanc
 Nostram Palestinam putabimus? Tuo
 Siquidem videmus aliam inesse vultuꝝ
 Formam & colorem, aliumq; cultum vestibus.
 Mo. Laconicos vobis Lacon statum meum, &

Quæstum explicabo. Rebus infortunis
Luxu' decoctis, peragrata Hellade
Deueni in Asiam, & post Phrygas, Arabas, Syros.
In his locis me cernitis, tantummodo.
Fretum lyra, ioco, atq; mendicabulo.
Habetis itaq; me parem vobis breui
Fortunula. Si vultis ædes diuitium
Mihi indicare prænij, ego bomolochia.
Cantu, & lyra, ventri gulæq; consulam.
Nec decrit æs marsupijs, nec edulium
Sitarchijs. Br. Quid Typhle respondebimus?
Ty. Rem offerret hic pulcherrimam, si tam foret
Proba atq; honesta, q; videtur vtilis.
Nos commodum nil ducimus, nisi quod simul
Probum atq; honestum iudices. Br. Quid igitur est,
Quod plurimum dici solet, doctis quoq;
Honestum id esse, quod admodum sit vtile?
Ego satis honestum iudico id, quod commodat.
Ty. O Bronche Bronche, non sapis quæ sunt Dei,
Hæc te pater cœlestis haud docet, at caro
Tibi suggerit, nam quamlibet docti sicut,
Qui hæc grædicant, ecceutiunt, imo magis
Tota via errant plurimum. Br. Errant. Ty. Cæteris
Tu quisquis es, nostro gregi addi non vales,
Qui sanus & robustus es, quod colligo ex

Legis tuis. Nugis omisis improbis
 Manus honestis applica laboribus,
 Ne divites, quod destinant pauperibus, id
 Tu deuores, & cuomas nouissime
 Coram superno iudice. Mo. Ep didascalum,
 Qui pius satis iam vicit tanit loljo. An est
 Quicq̄ prius præstantiusve commodos?
 Dum extis pluit, non recipienda lancibus?
 Tiresia abi tu cœcior. Iam tibi loquer
 Dux claudicans, mecum ne vis paciscier?
 Br. Videre tu nostræ quidem inopiq̄ probē
 Contulere, sed religio ab hoc discedere est,
 Cui dedidi me iam diebus plusculis.
 Ex ordine a sta si velis, non te sequar,
 Nec duxero, contentus hac mea inedia,
 Mage q̄ tuis extis suaprioribus.
 Ty. Sic Bronche, sic virum beatum prædicab
 Psaltes eum, cui Deus spes eius est,
 Nec vanitates respicit, falsas quoq̄
 Velanias. Bron. Solatur hanc me cantio
 Mi Typhle, nec dum yixeris te descram.
 Mo. Cæcutiens dux cœco adest. Iam faxo, vt his
 Pro his ædibus suscipiar ipse in atrium,
 Vos velut inertes longius abigaminij.

Accine puer cum tripudio fidibus meis,
Cauēq; ab ijs, quos Iuppiter signauerit.
Pu. Quib; putas? Mo. Claudis, scabris, cœcis, &c id
Genus alijs hominibus vscj subdolis.
Iam accine lyrae, saltagi iustis gestibus.
Cedamus huc. Pu. Sequor. Valete sordidi.

¶ Chorus, per Moloborum puerum,
& mendicos. Ex capite
, 20. Ecclesiastæ.

STruxi magnificas domos,
Plantavi quoq; vineas,
Amoenis & in hortulis
Diverso genere arbores,
Sævi fructiferas mihi, &
Piscinas, fata quæ irrigent
Produxi, scaturigine.
Men. Inter stulta & inania
Hæc sunt maximavanitas.
Quæsiui mihi seruulos,
Ancillæq; domesticas,
Armenta atq; euiumq; greges,
Præ cunctis quoq; regibus,
Qui sunt, quicq; futuri erunt,
Cum auro opes mihi plurimas
Rasi ex vrbibus, atq; agris. Men. Inter stul-

Cantantes pueros mihi
 Conciui, atq; puellulas,
 Omnes delitias quoq;
 Nati quas hominum expetunt.
 Pro vino aurea pocula
 Fundendo, & Ganimedeas,
 Qui Bacchum mihi misceant. Mend. Inter stult.

Quam nactus sapientiam
 Mecum perstat in omnibus,
 Non negavit oculis meis.
 Permisit quoq; cor meum
 Partis vsc; fruiscier,
 Hanc partem ratus optimam,
 Voluptate fruiscier.
 Mendici. Inter stulta. &c.

ACTVS .III. SCENA .I.

Trimetri, vt reliqui omnes.

Tryphera. Bronchus. Typhlus.

Moloborus. Ancilla. Lazarus.

Quis fector hic pro foribus? Amolimini hinc
 Fex hominum ab ædibus meis longissime,
 Qui aëra situ, pèdore, pure, & sordibus
 Corrumptis. Volo liberas ædas meas
 A putido hoc hominum genere seruarier.

C. I.

Bron. O domina te mei misereat obsecro,
Qui ferme ab incunabulis claudas, nihil
Laboris efficere queo. Tri. Non audio. Br. Heu.
Ty. O domina te mei misereat obsecro,
Qui matris ab utero usq; in hunc tristem diem
Solis iubar videre non potui miser.
Misere vir is, qui cœcus est, domina mea,
Miserrimusq; præ omnibus mortalibus.
Quare age mihi parum impertias. Tri. Non audio.
Ty. Heu.

Br. Eia domini. Tri. Non audio. Amoliamini hinc,
Nisi si velitis fustibus propellier.
Heus Traso ades, Cynopa ades, procul ædibus
Hi sordidi in malam crucem nolunt velint
Abigendi erunt. Nec te quidem nouissimum
Qui poplite flexo supplicas, admiser. La. Heu.
Tri. Omnem semel statui hunc gregem disperdere.
Facient sibi tributariam domum meam
Vilissimi! Amodo nemini vel miculam
Impertiari, nisi forte quæ canibus meis
Residua sint. La. Haec sit utinam mea portio.
Tei. Quis tu peregrine! aut tibi quæ patria! aut
Ad saccum quod adegit infortunium?
Mo. Moloborum yides Laconicum, rei meæ

Me familiaris adegit huc profusio;
 Cantus, locus, chelysque ventri consulit.
 Si mea opera placet uter, iube ingredi,
 Videbimur tibi plura multo in ædibus
 Præstare, quæ promittere. Hic quæ audita forte
 Aut viæ sunt, stupido huic gregi ac barda aëta sunt
 Tri. Te pro mea sententia iam nacta sum,
 Ut hoc die modos agas, chorum instruas,
 Virorum ducas obuium, qui pluribus
 Iunctis sibi procedet ad conuiuium.
 Mo. Quod iussiris, lepidè exequar. Tri. Sta paululum,
 Ingredere Abra, & Thrasum & Cynopen enoca,
 Qui me vocantem exiliter non audiunt.
 Anc. Ibo hera, & eos vocabo. Vin' redditura sim,
 An aliud expedire in ædibus iubes?
 Tri. Ne regrediare, sed stude, quo singula ad
 Conuiuium quæ pertinent, parata sint.
 Anc. Parata erunt. Tri. Dices quoque familiæ meæ
 Vernaculis & libcris, ut se parent
 Odæ & choro, quod mox herus venturus est.
 Nec pro tibicine amodo sint anxijs,
 Quæ vltro sese hic obtulit, qui agat modos.
 Anc. Sic dixero, faxorum cuncta nitida sint.
 Tri. Abi. Hunc gregem tenebriconum non quam
 Propellere! ——————

¶ 1275 . III. SCENA , II,

Cynops. Tryphera. Thrasus.

— **A** Dsumus hera, nos vocaueras?
Try. Vocaueram. Quid me foris
motamini?

Cy. Canibus cibandis occupati, neutiq;

Te audiuimus: dic quid, velis nos exequi.

Try. Tu Thrasē duc hos intrō, & ocyus optimo.

Cibo atq; Iaccho exhilara. Thra. Agam fideliter.

Try. Fustem deinde querneum cūm aptauctris,

Reuerte, vt hos viliissimos & improbos

Homines propellas ædibus. Thra. Factum puta.

Try. Quid est tibi in panario? Cy. Nihil, pr̄ter has
Canum reliquias pauculas, quas canibus his

Bipedibus animi gratia obijcere statui,

Quo tu quoq; videoas foris lepidissimam

Captantium rem ludicram. Try. Placet, obijce.

Abeant in rem pessimam. Cy. Heus vos prendite.

Try. Haha he, canum in morem alter alteri bolum

Præripere fraude gestiunt. Pol claudus hic

Non claudicat, circa suo optima subtrahit.

Solus scabrosus nil capit propter suam

Ignauiam aut inertiam. Cy. Heus abite nunc,

Si non velitis fustibus lumbilragium

Mox perpeti. Try. Nisi cesserint, mox Thraso eos

Aspellet hinc verberibus. Heus tu, nuncia
Hero apparata singula. Cy. Hem, facessō herz.

Try. Ibo intro, vt huic Thrasus morator exeat.

¶ ACTVS .III. SCENA .III.

Lazarus. Bronchus. Thrasus. Typhlus.

O Bronche Bronche, vt impi & dolosè agis,
Qui noti mōdo mihi bolum palam cripis,
Sed clanculo viro impotis de te hac tenus
Bene merito. Sed videat æquius at biter.
Bron. Tace, iace, & putresce sordibus tuis
Scaber, quid omnium quæ habebas surpu?
Thra. Adhuc ne statis, adhuc ne festitatis hic
Genus hominū improbissimū & vilissimū. Br. Hui.
Thra. Iam (nisi manus mihi stupescant) fustibus
Ita vos emolliam, vt tum brachijs
Tum cruribus pax committitis, haud secus
Ac polypus excesses solo incubetis. Bron. Hui.
Thra. Quin cedis hiric, qui (vt audio) impotis alijs
Technis tuis? Bron. Qui cesserim qui claudico
Miserrimus? Thra. Iam claudica. Br. Heu. Thra.

Iam claudica. Br. Heu.

Thra. Iam claudica. Br. Heu me misere, vt hic mihi pas
Acerbus & durissimus. Th. Quid tu quoq; (nis est
Moraris hic palpator improbissime?

Ty. Quò abibo, qui solis iubat non intuor

Hoc absgy duce! Thr. Duce hoc abi. Ty. Heu. Thr.
Duce hoc abi. Ty. Heu.

Th. Duce hoc abi. Ty. Heu miserrimū, q nihil ab his
Refero ædibus, nisi verberum amplas copias,
Mi Bronche, iam virtute qua vales præi,
Te ego pone cespitans sequar. Nobis Deus
Reponat hanc calumniam in sinu Abrahæ.
In Lazarum nunc hulcerosum seuius
Multo (quod creptare neutiq valet)
Grassabitur, qui vt optimisq & mitis est.
Tergum est datus corribus. Spectem us hæc,
Quanq dolenda, hinc eminus. Thra. Quid tu omniū
Ques fert humus spurcissime, necis pabulum, &
Orci cibus, non hinc abis! non hinc abis!
Non hinc abis! La. Heu me. Th. Vel ad coruos, vel in
Baratum, vel in malā crucem! La. O domine Deus
Vide obsecro hunc meum laborem, & hanc meam
Abiectionem, & omnia mihi propitius
Remitte noxam criminum, quia solus es
Qui tum laborem tum dolorem respicis.
Thra. Quid murmuras? Quin suspicis? La. Sine me
Nostræ moræ tibi amice causam dicere. (obsecro
Th. Quā dic brevibus, neq eñ tibi (qg improbo)
Inuideo tautum temporis. La. Vidés ne me
Miserrimum! Thra. Video equidem, quem fustibus

Miseris modis modo contudi. La. Vide ne me
 Adeo hulceroso corpore, vt pedes meos
 Non nisi dolore maximo reptandoq; hinc
 Promoueam. Adhuc iam tertius agitur dies,
 Quod dempta aqua ob tantā omnium rerum inopiarū
 Negat calidum neq; frigidum (velut inquiunt)
 Nec aridum nec humidum in eis meum intuli.
 Nam quod Cynopa impertit modo largiter,
 Non mihi sed alijs commodat. Sine ergo me
 Pro heri iacere foribus, vt vel miculis
 Quae mensae herili decidunt, merear miser
 Vt cuncti refocillarier, nam si mihi
 Defuerit hoc die edulium, non vixerō
 Vsq; in crastinum. Thra. Viwas licet vel oppetas,
 Nil proficis. Non te finam pro foribus his
 Decubere. La. Heu. Th. Te surrige, haec herus domū
 Se conferet, ne pestilens factor tuus
 Naribus heri mei oboleat. Surge ocyus.
 Quo Genio in hoc (makim) cadaver incidi?
 Sequere me, & huc te promoue, quo te traham.
 La. Sequor libens. Thr. Iaceto ab hac parte medium
 Per gratiam, nil impetraturus tamen
 It autūmo. Hei, cadavere hic putidior est.
 Lecipere me domum necesse est, quod gradus
 Celci Cynopa regrediens certò indicat

Instare tempus prandij, quo s'megmate,
Sapone quo manus meas hoc pure, & his
Putoribus piabo, prorsus nescio.

¶ ACTVS .III. SCENA .III.

Hymnus Lazari, cum mendicis: ex psalmo .13,

Vsq;quo domine obliuisceris. &c.

Iambico dimetro tetrastropho.

Q Vouſq; cr̄is mei immemor
Miserrimi domine Deus:
Quouſq; vultum amabilem
A me reflectes obſecro:
Quouſq; turis cor meum
Vanissimis afflxero,
Quæ animam meam mœroribus.
Noctu diuq; macerant:
Mend. In Abrahæ ſinu. &c. vt infrā.
Quouſq; cr̄itas erigens
Hostis tacus me deprimet:
Domine Deus me respice, vt
Exaudias preces meas. Mend. In Abr.
Oculos meos illumina,
In morte ne vnq; obdormiam,
Nequando præualuiffe fe
Contra me iniquus iactitet. Mend. In Abr.

Simouer, exultauerint
Qui me premunt hostes mei,
Sperauit ego super tua
Nitargi misericordia. **Mend. In Abr.**

Latabitur quoq; cor meum in
Tuo salutari. **Canam**
Qui bona mihi tribuit Deo, &
Altissimo eius nomini.
Repetitio Typhli & Bronchi à longe
stantium ad singulos versus.

In Abrahæ sinu quies
Solabitur nos Lazare.
Br. Crepunt fores, cedamus hac in viculū. **Ty. Henr.**

¶ ACTVS .III. SCENA V.

Cynopa solus.

Im strata mensa, cibus paratus, & Chorus
Instructus est, solos qui edant requirimus.
Sed commodum, se promouent ex ædibus.
Herus cum amico Daemonc, atq; è viculo
Fratres sequuntur quatuor. Miror equidem
Abesse quintum, eumq; natu maximum.
At propter illum infecta res non manscrit.
Iam tempus est Chorum foras vocarier,
Ne post eaq; se viri sociauerint,
Nos imparatos occupent. Prodite nunc

C .
f.

Quotquot Chorum asturi eritis. Heus procedite
Coruine herūq; preximi hand moremini.
Bene est, hera exit, & Chorum ipsa eduxerit,
Functēmēz munere ipsa cum introduxerit.
Venia tua sit factum hera, quod agam intus est.

Chorus Puerorum & Puellarum,
Carmen Glycenico,
Sapient. 20.

Nisi tandem caro nostra erit,
Quām extinctus socij cinis,
Instar mollis & aēris
Solvetur quoq; spiritus.
Ut vestigia nubium,
Hec sic vita recesserit,
Atq; instar nebulæ effuet,
Quæ Phœbi radis liquet.

Ut umbræ quoq; transitus,
Vitæ tempus inanis est,
Nec quisquām fuerit memor
Nostri nominis amplius.
Ergo his, dum iuuenes sumus,
Fruamur socij bonis.
Vt rō dum simul affluunt
Cyprus Bacchus & vnguina.

Etas dum cito florida est,
 Vernerunt tempora floribus,
 Anteq[ue] violæ, rosæ, &c
 Blanda lilia marcent.

Expers lætitia & iocu[m]
 Nostrum nemo sit omnium,
 Sors quod vna fit omnibus
 Hæc mortalibus optima.

ACTVS .I I I L. SCENA .I.

Iambici Trimetri.

Lemargus. Dæmones. Triphera,
 Aphron. Lazarus,

Rosam meam vides morantem Dæmones?
 Dæ. Video lepidam, nec nostra in urbe se-
 cundam habet.

Laz. Eamus intrò, vt sacrificemus Genio in his
 Ei sacratis ædibus. Dæ. Promptissimi
 Ministri erunt. La. O viri opulentí & diuites
 Mei miselli memineritis, cum bene
 Vobis fuerit, vt gaudeam vel micula.

Tri. Salve marite, salve amice Dæmones.
 Saluete fratres plurimum. Latissimus
 Vester mihi mediussidius aduentus est.
 Frat. Tibi magnam habemus gratiam. Tri. Vbi
 Merimnus est?

Aph. In agris satis vel pascuis. Tr. Quid ibi modo?

Aph. Mihi sollicitus argentum & aurum colligit.

Tr. Qui tibi? Aph. Quod omnia cum sibi corraserint,
Hereditaria mihi tandem cesserint.

Nec liberos enim ille habet, nec cæteri.

Tri. Situ superstes vixeris. Aph. Ego vixero, at
Morientur hi, partis frui quod negligant.

Tri. Ingredere, ne primi absq; te considerent.

Aph. Recte mones. Laz. Oro dñā mei memineris.

Tri. Sequar obuium absenti, Cynopam emisco.

¶ ACTVS .I.I.I. SCENA .II.

Lazarus. Cynopā.

MI Dens, vt obsurdenſ mihi aures omnium.
Me negligūt quasi non tuū ſim plasma, nō
Seruus tuus, non filius tibi vnicus,

Sed velut abortiuum, quod à matris vtero

Informē reſcitur foras. Anima mea

Cur tristis es, turbasq; ſpiritum nacum?

Spera in Deo, quia confitebor illi adhuc,

Soterion vultus mei, & Deus meus.

Cy. Quis ciuitat pro hoc ostioſ fun' putide?

Abiueris consultius, ne quid mali

Tibi grauioris ingruat. La. Frater ſitie, vt

Ex mense heri vel buceam capere queam.

Cy. Nihil obtinebis (inquo) file, aut abi. La. Heit.

Cy. Sedere quicq; vt prandeant modō sympotæ,
 Vorāntq; primum ferculum, solus deest
 Merimus, vt eum dij morantem fame necent.
 Sed ecce adest: eo vt ipsum adesse nunciem,
 Et vt secundas administrēt mox dapes.
 La. Heu quisquis es misere Lazar, fame
 Qui deficit.

¶ ACTVS .I.II. SCENA .III.

Merimus. Læmargus. Dæmones. Fratres.

Quid hoc cadauer ad ostium?
 Salve fratres, cōb̄bones strenui.
 Læ. Ades, sed, quid v̄sq; adhuc moratus es?
 Pro more nanc mensæ mēre locum tenes
 Nouissimum. Mer. Nouissimum primum mihi
 Videor locum ad patinam occupasse dapsilem. At
 Volo, ne quis interturbet hanc cum his hostibus
 Meam palestram sciscitationibus.
 Læ. Haha he, id quidem frater vetas scitissimè.
 Nos nostra promoucamus ampla pocula,
 Donec Merimus carnium vnum aut alterum
 Talentum edax glutuerit. Mer. Ridete vos,
 Potate vos, ego consulam stomacho meo.
 Læ. Sic censō frater. Sed interim puer
 Cūm abstuleris hæc, aliud repone ferculum.
 Tibi Dæmones hunc cantharū amplum præbibam.

Dicit. Hunc non recuso, nec secundum, aut tertium.
Verum ab his cantu commode non hausero.

Lector. Cantate, ut & ego commodius exhauriam.

Quid cātici? Dicit. Vulgare. Lector. Puer infunde, quod?
Cantio compotantium Iambico dimetro.

Dicit. Circumferatur cantharus. Lector. Noui probē.

Circūferatur cātharus, cātharus, canth. canth. cant.
Exhauriendus singulis.

Fabula. Admotus ori cantharus, cant. cant. &c.
Exhauriendus funditus.

Lector. Exhaustus hic est cantharus, canth. &c.
Et porrigitur proximo.

Fabula. Circumferatur cantharus, canth. &c.
Exhaustus est. &c. per singulos, vt su. conuinias.

Lector. Appositum vt est nobis secundum ferculum,
Per singulōsque exhaustus hic est cantharus,

A poculis & cantibus iam paululum
Supersedendam existimo. Mer. Nae ego in tuam (vl
Patinæ vacem) pedibus eo sententiam.

Lector. Hem, quisque quod magis libet præhendito,
Mensam meam volo cuique liberam.

¶ ACTVS .I.III. SCENA .I.III.

LAZARVS SOLVS.

OCui Deus tantam amplitudinem dedit
 Rerum omnium, Læmarge locupletissime,
 Qui frugibus, qui pascuis, qui copia
 Argenti & auri maxima mortalibus
 Præ cæteris ditatus es, per viscera
 Pietatis in nos optimi Dei oro te
 Et obsecro, ut parumper huc oculos tuos
 Flectas, meiq; miserearis Lazari.
 Non æs tuum, aut vestes tuas, non quod tuam
 Rem familiarem minuat, aut grauet expeto,
 Tantum dari mihi miculas, quæ decidunt
 Mensæ tuz, mi domine supplex postulo.
 Inedia enim iam quatriduana squallidus
 Tabeo miser. Te moueat age communis hæc
 Mortalitas, communis omnium parens.
 Communis omnium Deus. Perpende quod
 Pietate miseris præstata, non hoc modo
 Merebere, ut lauderis à mortalibus,
 Sed & à Deo immortalibus donaberis,
 Tum gratia tum gloria. Nec aliquid hinc
 Dispendum facies, sed ample fœnere
 Compendium. Nam fœneraberis Deo,
 Si pauperi misereberis, commissaq;
 Crimina eleemosynis tuis redemeris.
 Eia ergo paulum respice, & vide caput,

Manus, pedes, cæteræq; membra corporis
Ita obesa tabo, & purulenta, ut non queam
Loco moueri quolibet, & amara mors
Mihi imminet, si abs te nihil recepero.
Nam cor meum defectio atq; angustia
Tenet ultima, & satiscit æger spiritus.
Quare age domine sine buccam mihi porrigi.

¶ ACTVS .III. SCENA V.

Læmargus. Thrasus. Triphera. Fratres. Cynops.

Q Vis gānit hic pro foribus? An nō crebriter
Interminatus vtricq; sum, ne quemlibet
Quouis modo mendicorum, herilibus
Admitteret is ædibus, si quo minus
Vos mox futuros vltimos? Nulli omnium
Neq; putrido huic, qui se vocavit Lazarum,
Vel miculam dare panis est sententia.
Fra. Proba hæc quidem sententia. Hi conuiuum
Turbant suis clamoribus, nares quoq;
Nostras malis lædunt suis fætoribus.
Try. Et ego prius tibi Thraso iussi serio,
Ut hos abigeres fustibus longissimè.
Thra. Id sedulo equidē fecerā, nam & Lazarū hunc
Duris cecidi cestibus. Veruntamen
Cùm promouere suos gradus non possiet,
In alterum minus frequens latus ædium

Retraxi eum, misertus ægritudinis.

Læ. Tun' furcifer miseratus hunc feedissimum,
Imperia herilia negliges? I denuo, atq;
Hunc Lazarum (nisi aheat) ad coruos trahe,
Nisi cuncte noua illico velis vestirier.

Thra. Eo. Læ. Abi. Cynopa in ralenta hæc fercula
Sepone, & assa repone, tracta verubus ex
Feruentibus: quod hi voluptuarij
Assa esse, quam quæ elixa sunt, opsonia
Magis appetunt. Nos nostra agamus poculis.
Fra. Non absq; cantu proprio. Læ. Placet admodū.
Ego præcinam, succinite vos alacriter.

¶ Cantio compotantium vina,
Iambico dimetro.

Propino cyathum proximo,
Exhauriendum sedulò.

Propino cyathum proximo, propino.

Fra. Apponit ori blandulum
Exhauriendum poculum falerni.

Læ. Videte fundum in poculo,
Quod ebibi iam sedulò.

Videte fundum in poculo. Videte.

Fra. Replete vino blandulum
Huic porrigendum poculum propinquο.

Dæ. Propino cyathū. &c. per singulos, vt sup̄. cōui.

Læ. Tantū moratus furcifer! Th. Modò propcro.

D .L.

Lx. Claude ostium. Heus adfer Cynopa ferculum.
Vbi iam quieuit poculum. Cy. Hem tibi ferculum.
Lx. Mutato quadras primulū. C. Hem tibi quadras.

¶ ACTVS .III. SCENA .VI.

Thrasus. Lazarus.

Q Vid hoc nouis lingūt canes miserī hulcerā
Iam non valet herā arguere parsimoniae,
Cuius canes gratis medentur cruribus.
Heus ta hulcerate, respice huc: quid mussitass?
Dormis ne stupide Lazare, an vigilas? Cedo,
Loquere mihi, surgas oportet oxyus,
Et vltro abire, vel abstrahi in malam crucem,
Heus stupide surge, surge, surge. Ut est miser?
Proh Iuppiter, morti hic videtur proximus.
Stupor, paroxysmus, oculi attoniti, quies,
Mortis propinquæ indicia sunt. Heus Lazare,
La. Domine Deus, nulto mihi melius mori,
Qz viuere. Thra. Heus heus Lazare. La. O amice mil,
Sine me obsecro in tranquillitate mori, cui in
Tranquillitate viuere haud permittitur.
Me sustine obsecro paululum, post hunc diem hand
Erit molestus Lazarus. Thr. Proh Iuppiter,
Hic moritur, atqz sola inedia moritur, vt
Omnes herum Dei supernè concrement.
Qui non sinit vel miculam in rerum omnium
Affuentia pauperibus clargirier.

Ego verna sum, nil possidens, malo tamen
 In scrutute degere, ac cum dixite hoc
 Affluere, sed nil pauperibus impendere.
 Dolor afficit me, & horror ingens occupat
 Mentem meam, præsente veluti numine.
 Ibo intrò, ut hæc hero meo renunciem.

A CTVS .III. SCENA .VII.

Thrasus. Læmargus. Coniuze omnes. Angelus.

H Eus heus. Læ. Quid est? Thr. Aperito mox.
 Læ. Insanus es?

Quid clamitas? Thra. Huic Lazaro mors imminet.
 Oculi stupentes, rigida frons, labra pallida
 Mortem propinquam nunciant. Læ. Sine ergo, ne
 Torqueat aliquis in nos necis calumniam.
 Ingredere nos indulgearnus epulo. Ut est
 Amice Dæmones? Ut vxor est? Ut est
 Fratres mei? Moriatur hulcerosus hic,
 Obstreperus hic, nobis molestus Lazarus.
 Nos nostra agamus Dæmones, tu his clunibus.
 Lepusculi clunes tuos pasce. Hosc tu
 Meritane quia capunculos deartuas?
 Quin vxor hæc discerpis altilia? Quid hos
 Fratres mei non dissecatis turdulos?
 Perdiculas, ficedulas, & mergulos?
 Porrigite, ut hæc pellamus vltro tædia.
 Cynopa, fac vini adfegratur copia. Fra. Hem.

D

Pellamus vltro tædia. Læ. Ut mea amiculj.
Res familiaris complacet: (quo sit quod hic
Ansam iocandi & fabulandi præbeat,) 200
Quæ cuicq; pulchra visa sint, hæc ordine
Landabitis. Dæ. Bellissimo bella vxor est.
G. Domus apia. Cib. Familia aprior. Eto. At aplissi.
Hic apparatus. Aphi. Liberi omnibus eminet. mus
Læ. Merimne ager qui sese habet: nam te foris
Venisse diulum suspicor. Me. Quam vberime
Frumento, oliuo, vino, & alijs arborum
Confertus est tibi fructibus. Caulæ gregum
Pecudumq; stabula plena sunt, & pascuæ
Lætissimæ, adeo ut amplius nil postules.
Nam tanta copia fructuum est, ut in horreis
Tuis vel apothecis recundere nequeas.
Læ. O fors. quibus te laudibus dignè efferam?
Quod cuncta succedant mihi ex sententia?
Sed hoc malum, quod nesciam fructus meos
Quod conueham Nihilominus sic fecero.
Ruptis veteribus horreis noua denuo
Et ampliora extruxero, quo congeram
Quicquid mihi natum est in agris fructuum.
Tum dixero In iucunditate animæ meæ:
Euge anima mea, nunc multa habes bona in horreis
Reposita in annos plurimos, quiesce, ede,
Eibe, & egulari, pro tuo solatio.

Eia ergo amici epulemur, & solatio

Fruamur hoc die, & per omnia tempora.

Ang. O stulte, mox animam tuam repetent, & haec

Quae congregasti, cuius hinc futura sunt?

Iam finis erit omnibus tuis solatiis.

Læ. Quis tu? Arig. Dei sum nuncius. Mors imminet
Tibi, nec in diem alterum victurus es.

Vx. Quid concidit Læmarge mi vultus tuus?

Quid pallor hic, subitusq; te tremor occupat?

Quid habes anima? Fr. Læmarge quid nos territas?

Læ. O amiculi, mors imminet, mors imminet.

Fr. Mors tibi! Læ. Mihi, Deus mihi locutus est,
Mors imminet, mox irruere videbitis,

Qui animam meā rapient ad alia tartara. Vx. Heu!

Læ. Animæ male est. Dæ. Clauso ostio ponēdus est
In lectulo. Fors obrutus potu ac cibo.

Dum cubuerit ea digeret. Fr. Berē consulis.

Ponatur hoc in lectulo, medicus quoq;

Mox adiuvatus, consulat quid factō opus?

¶ ACTVS .III I SCENA .VIII.

Diaboli 2. Angeli 2. Lazarus. Fratres.

Ast. **Q** Vò l'accumul fers Belial?

Bel. Ad hunc voracem diutem.

Ast. Quis vius istic saeculū?

Bel. Feram inservimus blandulam.

Ast. Tam delicatam hanc animulam!

Bel. Hanc blandulam & vagam animulam.

Ast. Hic Lazarus ne noster est?

Bel. Frius istud explerandum erit.

Ang. Morti propinquat Lazarus, fame & siti
Confectus, ad cibulonis huius ianuam
Venite, consolemur ipsum, ut hostibus
Procul fugatis, carnis hoc ergastulo
Soluamus, & sinui inferamus Abrahæ.

Ang. Eamus ut tandem quiescat Lazarus,

Ang. Eamus. Enī q̄ verus est semo Dei,

Ang. Iustus perit, nec quispiam.

Qui curet, est. Aufertur hinc,

Nemōq; qui considerat.

Aufertur impio gregi

Viventium, in pace attamen

Erit sepultura ipsius.

La. Quid vos mihi cruentæ adestris bestiæ?

Non vestra me ingluvies, sed Abrahæ sinus

Excipiet, haud vestro barathro cibus ero.

Ang. Quid Lazaro funestæ adestris bestiæ?

Non vestra cum ingluvies, sed Abrahæ sinus

Excipiet. Ite, aliam feram venam. in. Dia. Hau.

Fr. Papæ, papæ: q̄ hæc mōstra sunt, fugiamus hinc.

¶ Chorus, seu hymnus Lazari morientis,

ex psalmo. 31. In te domine sper.

Cum tibi fidam dominatōr vni
Orbis, haud quaq; pudeſiam in æuūm,
Hac me ab æritimna, tua in æquitate
Eripe tandem.

Ang. Ad ſinū blandos Abrahæ vocariſ.
Lazare fide.

Flecte ad infirmum pietatis aurem
Sordidum ac ſontem tibi ſupplicantem,
Vt metu mortis celer eruas me, &c.
Faſcibus orci. Ad ſin. &c.

Esto protector Deus, atq; aſylum
Hostibus cincto, pauido, ac relicto,
Quo tibi acceptam referam meam omnem
Viſq; ſalutem. Ad ſin. &c.

Nanq; tu virtus mea, tūq; aſylum
Vnicum, quo fugiam miſellus.
Ac tua mē pro bonitate duces.

Enutriſq;. Ad ſin. &c.

Me abdito educes laqueo redemptor,
Quem tetenderunt miſero dolofi.
Quando protector meus es fidelis
Solus vbiq;. Ad ſin. &c.

Ergo commando dominator orbis
In tuas palmas animam hanc, vt ipsam
Morte ab æterna redimas miſertus

Vere redemptor. Ad ſin. &c.

D .4.

Ang. Altissimum posuisti in hoc
Tibi refugium Lazare,
Nullum tibi adueniet malum,
Nec plaga tuo habitaculo. In Abr. &c.

Quod angelis magnus Deus
De te suis mandauerit,
Vt te suis in omnibus
Itineribus custodian. In Abr.

Manibus suis te baivent,
In lapide ne offendas pedem,
Pede cum leone draconeq;
Basiliscum & aspidem teres. In Abr.

¶ Repetitio angelorum ad angelum.
In Abraham sinu malis
Pulsis quiesces Lazare.

¶ ACTVS V. SCENA .I.

Typhlus. Bronchus.

CVM iam putem mi Bronche dititis illius
Dudum solutum prandium, & aliquid sole
Subinde (vt inquis) diuidi indigentibus,
Quid si emindus petamus aedes denuo?
Ex. Recetè eminus, nam cornibus cum panibus
Condimentis verbera. Sequere, dux ero.
Ty. Sequor, præ longe & seorsim ab ostio.
Ex. Hau hau domine Deus, quid aspicio eminus?

Ty. Quid? Br. Lazarum. Ty. Quid Lazarum? Br.
Heu me, mortuum.

Ty. Quid mortuum? Non spero. Qui fieri queat?
Te fallit aspectus. Br. Vtinam, quia mortuus.
Iam doleo quod modo buccas ē dentibus
Eripuerim miserrimi. Ty. Mi Lazare
Homo Dei, tuus mortuus! Iam non quo
Quin lachrymer. Sed Bronche quid consiliū habes?
Haud canibus hic linquēdus est. Br. Minime, ast ego
Transferre possum neutiq. Ty. Id euidem scio. At
Tu diriges me, & commode quantum vales
Mecum cadauer eriges, ego in humeris
Te praevio gestum sepulturā inferam, &
Terra obruam. Br. Bene consulis, sed celeriter
(Q. in ædibus tumultus est) agenda res,
Ne prodiens huc quispiam nos opprimat.
Tu hunc prendito humerum dexterum. Ty. Hem.

Br. Viriliter.

Ty. Paulō altius levato: sic, placide præi.
Melior mihi videor, q. hunc ferre mereor.
Crepit ostium, deflecte gressum in viculum.

¶ ACTVS V. SCENA .II.

Oeconomus. Triphera. Dæmones.

Tanto in pauore, rēq̄ deplorata erit
Consilī opus, nostrū ut malū meliusculum
Fiat. Hera, si nos audias, cadauer hoc

D .S.

Foras iubebis extrahi execrabile,
Ne plus mali nobis per ipsum impendeat.
Tri. Virum meum ego foras trahi iubebos! Oe. Tu?
Si me audias. T. Et quo foras? Oe. Procul è domo, in
Malam crucem, quod destinatum orco vides,
Atq; maledicto obnoxium. Tri. Video. Heu dolor.
Sed absq; pompa, & absq; honore funeris!
Oe. Absq; omni honore, non secùs q; asinum obruas,
Q; minime eum deceat honore prosequi,
Quem iustus arbiter Deus reiecerit,
Dæ. Suades bene Oeconomie meæ ex sententia,
Foras trahi sinamus illud, quod Deus
Adeo paucendo prodigo his in ædibus
(Vt proh dolor videmus) execratus est.
Ne nos quoq; similis calamitas opprimat,
Qui neutiq; illo sanctius vitam egimus.
Tri. At hoc cui negocium commiseros! Ans
Domestico, quo tum mihi tum familie
Tum fratribus sit sempiterno opprobrio!
Oe. Minime, sed introductus est paulo prius
Huc Buttubatta exoticus, cui tradito
Philippeo uno aut altero cadauer hoc
Peplo obvolutum dabimus, vt prius quam heri
Necem resicitat populus, extractum foras
Loco in prophano procul ab urbe humo obruat.
Dæ. Rectè quidem tu denuo, quia tu neutiq;

20

Populo potest, quod accidit, celerier.
Tri. Quid, si tamen dicamus hunc solita necē,
Quanq̄ repente, mortuum? Quid ni queat
Celerier! Oe. Profectō domina non queat,
Sunt nanc̄ pueri, sunt puellæ, sunt quoq;
Mancipia rimosa tibi vbiq; perflua.
Nihil queat fore tacitum, vt si leam interim,
Qz. hanc necem Deus arbiter sic horridam
Nunq̄ premi silentio passurus est.
Quam in hoc parauit, vt esset exemplo omnibus.
Agamus igitur, ne furorem & impetum
Populi in te, & in fratres, & in dominum tuam
Qz plurimum inuisam excitemus, neq; Dei
Iudicia formidanda contra nos magis
Hinc prouocemus. Tri. Occidi miserrima.
Dæ. Sic expedit Triphera. Oe. Imō nō solū expedit,
Sed & necesse plurimum, actutum quoq;
Factoribus præ maximis. Tri. Fiat igitur,
Quod vtile in commune vos decernitis.
Oe. Iam sapis, eamus intrō, & hoc negocium
Mandemus huic exotico. Dæ. Triphera præi.
Tri. Hei factor, intolerabilis. Dæ. Nasum obstrue.

¶ ACTVS V. SCENA .III.

Trasus. Cynepa.

HIc tantus est factor putris cadaveris,
Vt in ædibus nulli queant consistere.

Subduxero me aliquantulum, & me dixeris;
Qui abest, Cynopen hic foris morari, ut hac
Occasione liberer factoribus.
Qz iusta sunt magni Dei iudicia, nam
Qui Lazari fastidiebat hulcera,
Jam putris omni familiæ est fastidio. Ast
Vbi Lazarus? Num mortuus translatus, &
Sepultus est? Malum cum eo me mortuum,
Qz cum verace viuere, & epularier.
Malint quidem, quæ gesta sunt, silentio
Tegi, at expedit palam indicari, quid domi
Nostræ accidit, Læmargus ut hic extinctus esse
Clamabo, & euulabo tanq; tristior.
Heu heu tribules, res dolorida hic accidit,
Herus meus Læmargus infœliciter
Extinctus est. Cy. Quid debriatus clamitas?
Thr. Adeat Cynopa vini onusstus vtribus,
Haud quaq; in vsum suatu coniuuantum.
Cy. Quid rauce tabula inebriatus clamitas?
Thr. Nec ebrius, nec absq; causa clamito,
Nam extictus infœliciter Lemargus est.
Cy. Extinctus est. T. Extinctus est. C. Quéadmodū?
Thr. Cum daphilem latumq; se solito magis
Præberet hospitibus, repente è turbine est
Prolata vox, quam omnes quidem tuim audiuimus?
Sed solus intellexit is, cui facta erat,

Hunc continens sensum. Illico moriturus es,
 Ut ipse paucis indicauit postea.
 Subito paet, pallet, tremit, collabitur.
 Dein lectulo cum impositus esset, illico
 Duo monstra in ædes proruunt, adeo horrida
 Cynopa, ut atros dæmonas non ambigas.
 Cy. Papæ, quid hoc miraculi? Thr. Audi cætera.
 Diffugimus qui aderamus omnes territi,
 At dæmones (ut credimus) miseram animam
 Quas atrulere fuscinis atrociter
 E pectore euulsero, & in tærricum
 Barathrum indidero, ad inferos ut transferant.
 Post illa nusquam vidimus, sed mortuum ac
 Discruptū herū deprehendimus. Cy. Pauenda sunt,
 Quæ Thrase memoras. At quid uxor apparat
 Cum fratribus pompa sepulchrali? Thr. Nihil.
 Mens deficit, animus labascit, negligunt
 Omnen sepulturæ apparatum splendidum.
 Asini sepultura videbis extrahi
 Funus foras inglorium. Cy. Quis extrahet?
 Thr. Is Buttubatta lyricrepæ & mendiculus,
 Quem hera excipi mandauerat, conductus est,
 Ut id auferat, philippeo quod impij
 Manente funere in ædibus, nemo audet
 Neq; possiet præ maximis fætoribus
 Domum ingredi. Cy. Quis audeat nostrum quoq;

Domum ingredi, nisi obruto cadaueret?
Thr. Sta hic paululum, videbis omnes progredui.
Sanctus hero pompam exhibere splendidam huc.

¶ ACTVS V. SCENA .III.

Oeconomus. Dæmones, cum familia & fratribus.

Molobrus. Diaboli. II. Serui. II.

P. Ræite porro, odor ne cadaueris,
Quem pertulimus in ædibus, teterima
Etiam foris cogamur affici, & infici.
Fam. Papæ, papæ: quæ horrenda spectra denuo?
Bel. Rupiamus hoc cadauer execrable,
Polo soloq; pondus indignissimum.
Ast. Quò Belial? Bel. In nostrum amœnū tartariū.
Ast. Rupiamus hoc, rape Belial. Bel. trahe Astaroth.
Ast. Tollamus hinc hoc corpus execrable.
Dæ. Adhuc ne cessaueret spectra? Adhuc ne stat:
Feretrum integrum? Oe. Feretrum integrum, nego
spectra sunt.

Quò se modo vespillo proripit? Dæ. Eccum, adest.
Mo. Quid numinis me in hanc tulit dementiam?
Ut hoc Εἴλανγος hinc extrahendum sumptserim.
Horrore tanto ut iam ferè exanimatus sim.
Ades puer, te operi applica, haud modo spectra
Quid hoc rei? Non a modo se torqueant sunt.
Bonī viri, pntore enim sunt liberi.
Qz. vt animam, sic corpus atri dæmones

In tartarum (velut arbitror) substraxerint,
Vsq; adeo leuis hæc arca mortalis est.
Verum trahamus, præmium ne subtrahant.
Oe. Non fabulādi hic est locus, procedite. Mo. Hem.

¶ ACTVS V. SCENA V.

Thralus. Cynopa. Oeconomus.

EN splendida claramq; pompam dimitis.
Cy. Nō aliter ac asinus foras ejicitur. Th. En.
Qui Lazaro locum negabat publicum,
Propria domo iam pellit. Ce. Quos audios Cy. Hui,
Videas licet. Oe. Seruare res, mox adero. Thr. Abi,
Absentibus nunc omnibus, sine scrupulo
Eamus intro, & reliquijs ciborum, & hoc
Baccho cutem curemus. Cy. Id longe optimum.

¶ ACTVS V. SCENA VI.

Læmargus. Abraham.

Video te pater Abraham? Abr. Fili vides.
L. Nū & Lazarū in sinu tuos? Abr. vides q;g.
Laz. Mitte obsecro pater Abrahā ad me Lazarū, vt
Intingat extremum sui digitū in aquam, &
Linguam meam refrigeret, quia crucior in
Hoc igne flammanti miser. Abr. Reminiscere
Fili, quod in vita tua tua comoda
Acceperis, contrāq; Lazarus mala.
Nunc igitur hic solatio perfruitur, &
Tu affligeris, & super omnia hæc, magnum chaos

A 1990264

Firmatur inter vos & hos, vt qui velint
Ad vos venire, non queant, neq; inde ad hunc
Nostrum locum descendere. Læ. Id si pernegas,
Mittatur in domum obsecro patris mei,
Nam quinq; fratres sunt mihi, quos terreat,
Ne & ipsi in hunc veniant locum cruciatum.
Abra. Mosen habent suum, & prophetas cæteros,
Quos audiant. Læ. Non Abraham. At si quispiam
Ex mortuis resurgat, illi creduant.
Abra. Si Moysen non audiunt, neq; quempiam
Qui ex mortuis denuo resurgat, audient.
Te cæterum flammæ manent usq; in diem
Nouissimum, & tecum quiescat Lazarus.

¶ Oeconomus ad spectatores.

Vos qui adfuitis ludicris, ne frate, sed
(Si me audiatis) amodo neq; coniugem,
Neq; liberos, neq; gastrimargum ab inferis
Hodie reuersuros domum moremini,
Quæ horrida viri impij nece territi,
Se aliò recipient vesperi, nobisq; rem
Omnem domesticam relinquunt usui.
Ite: atq; nobis, si placuimus, plaudite,

¶ F I N I S.